

De utilitate praestantia litterarum

auctore.

Dr. Kraemer,

Philologiae cultore.

Recens. m. maid 1826.

18
De utilitate ac praestantia li-
terarum.

Magna omnino vis, in littera-
rum studio posita est, et ad premi-
lus perorandam veritatem,
et ad augendam et cumulandam
hominum felicitatem. Nam cum
unicujusque animus honestis-
sima litterarum voluptate affi-
ciatur, ita et nulla omnino
civitas florere potest, nisi a lit-
erarum sole calestrata, ut
is sane, qui litterarum cultum
sullecit, solem ipsum e mundo
sustulisse videatur.

Litterae imprimis ad animi
cultum, quo nihil praestantius
inveniri potest, necessariae sunt;
nam omnia, vel divitiae, vel
opes, vel honores et munera

Fragilia, et (externis) casibus
obnoxia sunt. — litterarum cul-
lus laus domi quam militiae
riget. Qui litteris exornatus
est, is certiore in rebus ex pl.
vividis rationem inibit, externa
rerum specie se decipi haud
patietur, et qui certiore opi-
nium causarum et naturae
intelligentia praeditus est, is,
si vel solam aetatem in alio
litterario consumere velit,
abunde semper habebit quo
delectetur. —

Vis acrior ingenii omnia
facilius penetrat, mentis
exercitata acies longius pro-
spicit, homo doctus, subli-
lius denique, quam vulgus,
experit omnis doctrinae, ac-
curatius et verius iudicat.

19
Ubi haud raro fit, ut et homo
doctus falsis argumentationibus
in errores inducatur, ipsi tamen
errores non impediunt, quo mi-
nus veritas laudem inveniat,
et ut fines doctrinae et littera-
rum sensim praeferantur et
extendantur. Nam omnia
haec emolumenta non ex usu
vitae quotidiano et sine ulla
mentis exercitatione proveniunt,
sed meditando solum et dili-
gentius in res inquirendo com-
parari possunt.

In juvenili aetate jam multa
docemus, quibus virilis aetas
non indiget, sed si cogitare-
rimus, quanta sit in litteris
et artibus, qualescunque ^{ut} sunt,
perdiscendis praestantia, tum

neminem parvilebit, se in
his perdiscendis aliquantulum
temporis collocasse! —

Praeterea veritatis investigatio
et litterarum cognitio genero-
sam et inexhaustam volupta-
tem nobis praebet. — Magnum
est illud quidem viatoris gau-
dium, qui per anfractus et exo-
res inexplicabilis alicujus silvae
rectam et apertam invenit
viam, major vero est illius vo-
cupatus, qui, dum litterarum an-
dium persequitur, ex errorum
tenebris ad lucem pervenit.

Quantum vero discrepat ab
his ille, qui patrimonio suo
suctus, vitam luxuria et iner-
lia, quibus nihil vilius et
abjectius inveniri patet,

20
perdit, qui nihil agit, quo se
hominem esse demonstraret! —

Nihil est vilius et abjectius, quam

homo, qui ita vivit, ut neque
domi neque militiae, neque pu-
blice, neque privatim, neque
civilis neque sibi utilis, veluti
navis nullum sui vestigium
relinquat. Egrege Hesiodus:

„diligentiam aut et laborem
„nemini, desidiam et luxuriam
„omnibus luxem et abjectam
„esse. — Non minus prae-
clare Cicero, „qui nihil agunt,
inquit, non esse mihi videntur. —

Cum igitur vita ignava
atque otiosa, ne pro vita qui-
dem habenda sit, videamus
nunc, num ad aliquam potius
alicuius artium, quam ad
litteras, animum adficere praestet

Rares sunt artes, quae nobis
suis cum studiis, aut nullam
omnino, aut non magnam com-
munionem habent, e quibus
agricultura et mercatura ita
praecipue ita necessariae sunt, ut
civitas omnino eis carere non
possit; ex illis vero, quae ad
ornandam civitatem, et ad
honestam in animis volupta-
tem excitandam perlineant, duae
aliae, ars pictoraria et statuaria

Quidquid enim boni civitas
ex terrae solo elicere potest,
id agricultura comparat et
quirit. Tum, quid est utilius,
quid ad vitam laudam et ad
hominum industriam exci-
tandam ^{magis} necessarium, quam mer-
catuna? Pictorum et statu-
ariorum opera plurimum

21
habent admirationis et velup-
tatis, praecipue ad conservan-
dam illustrium virorum memo-
riam apud posteritatem, et
ad reliquorum imitationem
excitandam magnam habent
vim.

Sed in omnibus artibus ante-
cellit litterarum studium, quod
in omnibus vitae conditionibus,
in rebus iam prosperis quam
angustis, recte jureque fons opi-
um aliorum bonorum no-
minari potest.

Litterarum tractatio quiesce
maxime et otio abundat, mer-
catuna terra marique maximis
periculis suis obicit; in litteris
tractandis ea solum bona
petuntur, quae neque naufra-
giis neque incendiis obnoxia
sunt, quae neque furem neque

Caluanem timeant. Ne Apelles
quidem tabulas, ne Praxiteles
quidem statuas cum scriptis Hom-
eri et Virgilii picturis com-
paraverim. Quin etiam ignora-
remus talium operum opifices,
nisi litterarum monumentis
praditum esset, eos quondam sum-
mam gloriam consecutos esse.

Opera vero eorum, qui vel saltem
hominis figuram vel partes
singulas exprimunt, talis sunt
naturalae, ut ea si nihil aliud,
Congingitas tamen temporis
sit extinctura et consumptura.
Ad scripta et cucubrationes
doctorum, non solum illarum
virorum corporis et membra,
nam formam, sed et virtutes,
animum, vitam et facta eorum
ita exprimunt, ut eos quasi spi-
rantes et viventes ante oculos
videamus. Litterae igitur salutem
viam habent, ut vita, omnium

22
alicuius vitam confectrix, Congingitas
temporis, ita solum nihil eripiat, sed
majorem potius dignitatem comparat
et conciliat.

Sed inveniantur fontales, qui vitam
militarem, quae multis summam
gloriam et maximam potentiam
conciliaverit, aliosque doctorum vitae
praeferaunt. Nunquam mihi quidem
in mentem veniet, ex gloria fortium
virorum quidquam dederere, sed
ex animo peto, ut eorum praeclara
facinora ad immortalem pos-
sidentis memoriam conserventur.

Attamen si quis reputet, quae illius
sit vita, qui perpetuis periculis obnoxius,
frequentius sub divo, quam sub terro
somnia capiat, et quae ejus, qui
in litteris tractandis libere et tranquille
vitam transigit, vix cum dubitata-
rum esse puto, vitam tranquillam
et serenam, continuis periculis om-
nino praefendam esse.

Litteris denique magnum pre-
tium salvandum est, quod ad com-
munem generis humani felicitatem

augenda plurimum conferunt, adeo,
ut ille, Milesius Malet a propinquis et
ab amicis suis reprehensus, quodamne
tempus in litterarum honestarum studio
consumeret, contenderet: hominem litte-
rarum copia ⁱⁿ exstructum, semper divitem
esse, vel illico divitem fieri posse. Quae verba
paullo post ab eo comprobata sunt. Nam
cum astronomice scilicet observationibus
praevideret, magnam olei fertilitatem
fore, omnia Milesionum praela condidit
et postea ex iis, magni locatis, magnam
pecuniae vim sibi comparavit.

Ex his omnibus quae leviter attingi jam
apparet, quanta sit in litterarum
honestarum et in artem ingeniarum
cultu vis posita, arduum illud quidem
est iter ad veram et solidam doctri-
nam, sed cogitemus, nullo modo
fieri posse, ut ad excelsa et sublimia
per plana aliter veniatur, quam
labore. Summus vero in litterarum
studio collocatus labor, nullus
est, prae suavissima, quam largimur
voluptate! — —

Scripsi Dorpati Livorum xxiv. die.
Maji. 1826. —